

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**PROGNOSTICA=||TIO IOANNIS LIECHTENBERGERS, QVAM
OLIM SCRIB-||psit super magna illa Saturni ac Iouis
coniunctione, quae fuit Anno M.CCCC.||LXXXIII. praeterea
ad eclipsim Solis anni sequētis uidelicet ...**

Lichtenberger, Johannes

Köln, 1526

Capvt vicesimvmseptimvm

[urn:nbn:de:bsz:31-160364](#)

PROGNOSTICVM IOANNIS

distantiæ, alijs per signa id inquirunt, qui tamen inter se adhuc diversitatem non modicam recipiunt. Alij autem pro qualibet hora, aut signo mēsem accipiendū iubent. alijs uero non minoris auctoritatis, ut Hali & Ptolemaeus, pro qualibet hora distantia ab ascendentē an num unum accipiendum censem, prīmos igitur maiores imitando erunt hæc mala. M.cccc. xcvi. & exurgent anno. xcviij. xcix. cccc. uidebuntur in audita in hoc sæculo.

DE INVIDIS IUDAIS IN HOC TEM- pore qualiter se habe bunt.

CAPVT VICESIMVM SEPTIMVM.



Ste pestifer, quem Saturnum uereor uocitare, Anno. M. cccc. lxxxviij. intrabit domūculas proprias, uidelicet Capricornum, & Aquarium. In quibus quinq; annis maliciose se ostender, profunda mala ex cogitando aduersus legem Israël, exaltando pestiferos uenenatos Iudeos in diuersis c'imatibus, eruntq; prīcipum rectores, medici, artistæ, consiliarij. Vnde ipsi substantia accedit grandea, ambuntur à magnatibus propter elevationē Saturni in hac cōiunctione. Sed ipsi tutoribus accident plura sinistra, multaq; incommoda temporibus elapsis, cum Saturnus iungetur cornibus Arietis. Vnde dominus ad Ezechielem, Sume tibi gladium radentem pilos, & duces illum per caput & barbam, & tertiam partem pilorum cōbures igne in medio eorum. tertiam partem cōcides gladio, & tertiam partem disperges in uentum. Hæc em supra prīncipes & urbes tutores Saturninorū. Tertia pars eorum fame morietur, & pestis in medio eorum. & tertia pars gladio interibit, inanem uentum disperget, & diuulgabit poenam illorum. hec faciam in furore meo, nec parcer eis oculus meus. o plebs misera hucusq; in miseria posita, quis te seduxit, quis te infatuauit, quis excæcauit te? Nunquid sola auraritia, ut Iesum denegares, alium Messiam expectares? Audite o insensati mi-

seriq̄ profugi Saturnini, nunquid terribilia accidentia cōmiserabat
 summæ paci & bonitati prophetizatis super Iudeam & Hierusalem
 per Esa. cap. ij. dicentem, & conflabunt gladios suos in uomeris, &
 lanceas suas in falces. non eleuabit gens contra gentem gladiū, necq;
 exercebuntur ultra ad proelium, cum ea enim pace tempore natuita
 tis domini nostri Iesu Christi Herodes pueros occidit, unctio & sce-
 ptrum à perfidia uestra sublata sunt, & plura alia quæ bonitati & pa-
 ciū derogare uidentur. Vnde audī quid prophetizauit ille eximi-
 us Ezechiel in lege uestra. Nunquid dominus dixit, transi per medi-
 am ciuitatem, & signa Thau supra frontes uirorum gementium &
 dolentium de abominationibus quas faciunt isti? Et iterum, Transi
 te uos sex uiri per ciuitatem sequen. eum, & percutite omnem uirum
 super quem nō uideritis Thau. nemini parcer oculus uester, & à san-
 ctuario meo incipite, id est sub uiris ecclesiasticis ac prælatis fidei, o
 principes electores Imperij, uos estis isti sex uiri qui trucidabūt istā
 uenenosam radicem de Alemania. Vnde Ezechiel, Aquila grandis
 magnarum alarum, id est habens in Alemania orientem & occiden-
 tem longo membroru ductu, id est postq̄ Saturnus obumbrauerit
 cornua Arietis in domo Martis plena pluuijs. i. præcipiibus & coad-
 iutorio magno, & uarietate ciuitati ueniet ad Libanum Imperij, au-
 feret medullam cedri substantiam Iudæorū, & summitatem frondium
 Iudæorū transportabit ad terram suam &c. O insensati, quid Jacob
 Patriarcha prophetizauit de uobis? Nunquid aiebat, Auferetur sce-
 ptrum de Iuda, ostendite sceptrum, ostendite regem. Audite o cæci
 quid Daniel dicat capite suo decimo, dicens. Post hoc, id est templi
 destructionē in Hierusalem, nascerut Christus iusticia sempiterna,
 & purgabitur uisio & prophetisatio, & ungetur sanctus sanctorum,
 de quo in Psal. David dixit. Propterea uixit te deus deus tuus oleo
 leticie. Nunquid uerus Messias Iesus officiū Imperatoris impleuit,
 cum censem dari præcepit Cæsar? Nunquid officiū regis impleuit
 cū uestrī rabidi parētes eū coronauerūt? Nunquid officiū iudicis im-
 pleuit, cum adulterā absoluit de manibus uestris? Nungd officiū le-
 gislatoris impleuit, cum præcepta dedit? Nunquid officiū Papæ im-

K ij

PROGNOSTICVM IO ANNIS

pleuit, cum Petro claves dedit: & supra cathedram Moysi ubi sedebatis quod dixerint audiri praecepit: Nunquid officium apostoli ipse Iesus uerus Messias adimpleuit, cum Apostolos ordinauit in presbyteros: Nunquid officium sacerdotis impleuit, cum uos rabidi eum obtulistis in aram crucis: Nunquid officium dei impleuit, cum multa miracula uobis ostendit: Nunquid officium religiosorum impleuit cum summe pauper & obediens fuit: Nunquid poenitentis officium impleuit, cum quadraginta dies ieunauit: Nunquid martyrum officium impleuit, cum eum cruci affixisti: Nunquid confessoris officium impleuit, cum uobis praedicauit doctrinam sanam, quam intellegere noluisti: Nunquid uirgo permansit a uirgine natus, uirgo in ænum manet: Vnde uester Messias quem singitis uenturum, tot tantaque uobis faciet: quid uerus Messias uobis dixit: multa bona ostendi uobis propter quæ uultis me occidere, quotidianè apud uos erat docens in templo. O scelus, o crudele nephas qui obedire contemnitis fidei. uenient dies in breui, in quibus dicetis, testimonium hominum accepimus, testimonium autem dei maius est. omnes qui uestris uenenis adhaeserunt, æternis poenis associabuntur. Et extirpabitur radix Saturnina ex Alemania, dabitisque fugam ut profugi ad transmarina effudit dominus misericordias suas copiose supra uos miseros post placationem. Sed aistis. hic est haeres, uenite occidamus eum, & habebimus hereditatem eius, & apprehensemus eum occidistis, propterea dispersit dominus uos obduratos in uniuersum mundum, ut iam non habetis prophetas, regem, sacerdotes, altare, neque sacrificium, nequeunctionem, sed estis contemptibiles toti mundo, & in desolatione perpetua. Danielis cap. ix. usque ad consummationem & finem perseuerabit desolatio uestra. & iterum, Audite miseri, quid Amos propheta dixit. n. cap. Supratribus sceleribus Israel conuertam uel transferam. & supra quartum non conuertam eos, qui uendiderunt iustum pro argento. Primum scelus iudæorum fuit uenditio Ioseph a fratribus suis. secundum fuit adoratio uituli in Oreb. tertium scelus fuit occisione prophetarum, ut dicitur in libro hebraico, qui dicitur Ieobomath. ca. vi. de Esaia. quartum scelus fuit uenditio Iesu, ideo dixit Malachias. cap. i. Non est mihi uoluntas in uobis, neque sacrificium uestrum re-

etia salet
 iudiciorum
 venditio Iosephi
 adoratio uituli
 Oratione prophetarum

Moyſeſū
um apotoli
dinauit p
m uos rabi
uit, cum u
orum impli
tentis offic
martyrum
coſellori
n, quamin
natus, uig
enturum, i
ulta bona
up uos ei
re cōtemn
tū homini
uelris ue
tur radix
ſlmarina
eros pol
im, & ha
propterea
ut iam no
ciū, ne
defolatiō
em perfe
nos propo
el transfi
ciūlum pro
ā frambo
s fuit occi
ebomath
it Malach
uelfronu

epiam, quoniam ab ortu ſolis uſq; ad occasum eius magnū est no
men meum in gentibus, id eſt Chriſticolis. Vnde Moyſeſ Deutero.
xxvij. Erunt gentes in capite, et populus in credulus in cauda, id eſt
in fine mundi pauci Iudei conuertentur ad fidem, uidentes ſe eſſe il
lusos per Antichriſtum. ideo Eſaiæ. Ixix. ca. dicitur, Interficiet te po
pulum in credulum deus Israel, uocabit ſeruos ſuos nomie, id eſt gen
tes Chriſtianas. & hæc de perfidiis Iudeis ſufficient.

REDUCTION ALIQ VARVM RERVM QVAE
a ſupercæleſtibus ſuas naturas & proprie
tates recipiunt.

CAPVT VICESIMVM OCTAVVM.



Redendū eſt utiq; apud omnes, in uiuentibus
produci ſemen cui maxima uirtus cōnafcitur,
mirifica cōmixtione ſummi creatoris prouidē
tia, Genesis. i. Germinet terra herbam uirentē,
& facientem ſemea ita, ut granum unum cen
tuiplum producat. Luç. viij. & ex nucleo mini
mo, in millesies millecuplo maior arbor gigni
tur. In his quoq; inſiñito per ſuccedentiū ſpiri
tuum gignitiuorum, quemadmodū & in ſpermatiſbus animaliū ne
mo ſanę mentis dubitet uirtutes contineri. Crescuunt & gemmæ uir
tute aſtrorum agentium in terram partes eius alterando, ſoluendo,
ſegregando & purificando. ſuis uirtutibus præparant ſpiritum uiſe
minali ſimilē immittendo, unde coagulanſ & inde infiguntur, ſicq;
figendiſ uirtus & natura inbibitur & cōnafcitur, quæ maxima appa
ruit apud philofophos, & adhuc apparent conſtellationibus ſuis de
bite adaptati, ut uirtus Topasiſ defcēdit ab Alpheta, Saphiri ab Al
haioch, ut Hermes tradidit in libro de quindecim lapidiſbus. Sic &
metallorum mineris à formis cæleſtibus uirtutes præſtantur, opera
tioniſbus naturaliſbus multis ſibi inuicem ſuccedentiibus, ad quarum
iſtar philofophi Alchimiam ordinauerunt, in operationiſbus ſuis.

K iii.